



SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De inquis petitionibus: quòd eas ad finem perducere non oporteat,
etiamsi mater sit quæ eas faciat. cap. xlvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANNIS DAMASCENI

42. Ne pro his omnibus confundaris: & ne accipias personam ut delinquas. De le-
ge Altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium, de verbo sociorum
& viatorum, & de datione hereditatis amicorum: de æqualitate stateræ & ponde-
rum, & acquisitione multorum & paucorum: de corruptione emptionis & nego-
tiatorum: & de multa disciplina filiorum, & seruo pessimo latus sanguinare. Su-
per mulierem nequam bonum est signum. Vbi manus multæ sunt, clade: & quod-
cunque trades, numera & appende. Datum vero & acceptum omne describe.
philo. Pudorem aiunt plerisque minime profuisse.

DE INQUIS PETITIONIBVS : ET QVOD eas ad finem perducere non oporteat, etiam si mater sit quæ eas faciat. G CAP. XLII.

3. Reg. 2.

Positus est thronus matri regis, quæ sedit ad dextram eius. Dixit
que ei, Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne confundas
faciem meam. Et dixit ei rex, Pete mater mea: neque enim fas est, ut a-
pertam faciem tuam. Quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adonæ fratri
tuo vxori. Respondit que rex Salomon, & dixit matre sua: Quare postulas Abisag
Sunamitidem Adonie? Postula ei & regnum: ipse est enim frater meus maior me,
& habet Abiathar Sacerdotem, & Ioab filium Saruiæ. Iuravit itaque rex Salomo-
per Dominum, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam
suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc viuit Dominus, qui firmauit me, H
& collocauit me super solium Daud patris mei, & qui fecit mihi domum, sicut
locutus est, quia hodie occidetur Adonias. Misitque rex Salomon per manum
Benaæ filij Ioiadæ, qui interfecit eum: & mortuus est.

Mat. 20.

Tunc accesit ad eum mater filiorum Zebedei cum filii suis, adorans & petens
aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus
ad dextram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, di-
xit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego biberus sum? Dicūt
ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dextram
meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.

DE AVARITIA : ET QVOD SINE VLLA satiestate plura semper appetimus. CAP. XLIII.

Pro. 27.

Nfernus & perditio nunquam implentur: similiter & oculi ho-
minum sunt insatiabiles.

Eccles. 1.

Non satiatur oculus visu, nec auris auditu. Propter insatiabilita-
tem multi perierunt.

Naz.

Inexplebilis corporis cupiditas homines etiam alioqui sapientes mentis errore afficere
potest, deteriusque sentire cogit, rationem nimirum, non secus ac petulans quidam equus, se-
cum abripiens.

Nili.

Humana natura ad pluris cupiditatem pernigil excubat. Malus plurimis re-
bus semper egit, ut qui propter inexpleibilem cupiditatem semper omnia sitiat. Quam
quidem ignis ritu exuscitans atque inflammans, ad omnia tam parua quam magna
graffatur.

DE FRATRIBVS. CAP. XLIV.

Levit. 19.

Psal. 132.

Pro. 18.

19.

Non habebis odio fratrem tuum in mente tua.
Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.
Frates in necessitatibus utiles sint. Frater qui adiuuatur à fratre,
quasi ciuitas firma: & fortis sicut vectes urbium. Omnis qui paupe-
rem